D.D. NICOLAI RODRIGVEZ FERMOSINI,

QVONDAM COLLEGÆ DIVI ÆMILIANI SALMANTICÆ,

PRO SACERDOTIBVS ET GRADVATIS; DEINDE CANONICI Doctoralis Eccleſiæ Auſturicenſis, & poſt Canonici Pœnitentiarij Valliſoletanæ Eccleſiæ, & in eius Tribunali Sanctæ Inquiſitionis (Fiſcali Electi) iam Inquiſitoris Creati; & itidem à Rege PHILIPPO IV. Iudicis Bonorum Confiſcatorum dictæ Inquiſitionis etiam Intitulati; demum Fiſcalis Electi pro Supremo Conſilio Sanctæ & Generalis Inquiſitionis, nunc eiuſdem Conſiliarij.

TRACTATVS III. TOMVS II.

DE

PROBATIONIBVS,

AD TITVLVM VII. LIBRI II. DECRETALIVM GREGORII PONTIFICIS IX.

Ad Titulos de Fide Inſtrumentorum, de Præſumptionibus, & de Iureiurando.

Cum Indice multiplici Titulorum, Capitum, Quæſtionum, Canonum, Legum, Iurium, Locorum, Rerum & Verborum in hoc Tractatu contentorum.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.



LVGDVNI,

Sumptibus HORATII BOISSAT & GEORGII REMEVS.

M. DC. LXII.

D. D.
NICOLAI RODRIGVEZ FERMOSINI, HISPANI,
IN TRIBVNALI VALLISOLETANO, Sanctæ Fidei Inquiſitoris,
AD RVBRICAM ET TITVLVM DE FIDE INSTRVMENTORVM.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentorum alia publica, alia priuata, & quæ, n. 3, 4. & 5. & quorumlibet plures ſpecies à n. 6.*

6 *Publici inſtrumenti ſpecies protocollum originale, Authenticum exemplar.*

7 *Publica inſtrumenta diuiduntur in iudicialia, & extraiudicialia, n. 8.*

9 *Priuati Inſtrumenti ſpecies, & Appocha, Antapocha, Singrapha, Libellus rationum, Epiſtola, & quæ n. 10. 11. 12. & 13.*

14 *Inſtrumētum publicum fidem facit plenam, n. 16.*

15 *Inſtrumentum priuatum regulariter fidem non facit in Iudicio.*

17 *Inſtrumentum publicum quando dicatur redactum in publica forma, n. 18. 19. 20. 21. 22. 23. & 24.*

25 *Inſtrumenti nomine comprehenditur omnis ſcriptura facta de quocumque hominum actu.*

26 *Inſtrumenti nomine cōprehenditur omnis ſcriptura priuata teſtibus, & ſubſcriptione munita.*

27 *Inſtrumentum probat etiam quæ ſub expreſſis tacitè, aut directè comprehenduntur, ita vt in eis executioni mandetur, n. 38.*

29 *Inſtrumentum, quæ aſſertiuè, & diſpoſitiuè, & quæ enuntiatiuè partes ſenſerunt, probat ſolùm, n. 30. 31. & 32.*

33 *Inſtrumentum quod ex omnibus fide dignis conſtat, appellatur probatio probata.*

34 *Inſtrumentum vt probet quid continere debeat, n. 35. 36. 37. 38. & 39.*

40 *Inſtrumentum vt probet debet continere rem veriſimilem, n. 41.*

42 *Inſtrumenti Cancellatio quādo eius fidem minuat.*

43 *Producens inſtrumentum, totum approbaſſe videtur, tam in diſpoſitiuis, quàm in narratiuis, & enuntiatiuis, num. 44. etiam ſi proteſtatus eſſet non vti aliqua parte, n. 45.*

46 *Inſtrumentorum appellatione teſtes continentur.*

47 *Ordo literæ in inſtrumentis quem præferat, redditorum, & n. 48.*

INTER probationum ſpecies, quæ in Iudicio deducuntur, vt litigatores probent, ſolent etiam eſſe inſtrumenta, & cum *ſuprà in tribus præcedentibus titulis*, egerim de probatione, quæ fit per confeſſionem, & quæ fit Teſtibus, & aliis modis, vt adduxi, *in Rubrica de Probationibus*; nunc ergo